Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mea inferno adppinquauit.
A estimatus sum cum descendentibus in lacu.
factus sum sicut homo sine adiutorio inter
mortuos liber.
S icut uulnerati dormientes in sepulchris.
quorum non es memor amplius. & ipsi de
manu tua repulsi sunt.
P osuerunt me in lacu inferiori. in tenebrosis
& in umbra mortis.
S uper me confirmatus e furor tuus. & omnes
fluctus tuos induxisti super me. OP.
L onge fecisti notos meos a me. posuerunt
me abbominationem sibi.
T raditus sum & non egrediebar. oculi mei
languerunt pre inopia.
C lamaui ad te dne. tota die expandi ad te
manus meas.
N unquid mortuis facies mirabilia. aut me